

1785.



IN NOMINE JESU!
DISPUTATIO THEOLOGICA
expendens
APOSTOLICAM RESUR-
RECTIONIS CHRISTI

Μημσοφία
Ex II. Tim. II. 8.



Magnam Resurrectionis Christi delictum, ma-
jus dicitur Eius esse benefoium, maxima
DEI Myfterium. Delictum certe jucun-
dissimum in regno Gloria Resurrectio di-
citur, dum ea delectatur Caelestis Pater, cu-
jus ira sedata, justitia servata, tota volun-
tas adimpleta Psal. XL. 9. Delectatur ea-
dem DEUS Filius, dum mors est devicta,
potestas inferni destructa, tyrannis Diaboli sub pedibus dejecta
I. Cor. XV. 25. Delectatur eadem Spiritus S. cujus adumbratio-
nes veteres illustratae, praedictiones impletae, promissiones praesti-
tae. Summum pariter in Resurrectione Christi vident Ange-
li, videndoque tenent delictum, dum in haec mysteria Resurre-
ctionis μαρτυροῦνται gaudent. I. Petr. I. 12. In sepulchro, circa
sepulchrum magna voluptate comparent, lapidem sepulchra-
lem removent, terram ipsam commovent, mulieres & Aposto-
los resurrectionis mysteria docent, & in his omnibus, ac pluri-
mis aliis deliciarum paschaliu magnitudinem, & multitudi-
nem, apud se fovent. Olim duo Cherubim Arcæ fæderis, per
quam Christus præfigurabatur, inhærebant, facies suas versus
operculum arcæ demittebant, & mysterium hoc typicum intro-
spicere cupiebant Exod. XXV. 18. Nunc oculos suos angeli-